VOTUM.

IN FICTA CAUSSA DIU AGITATA

INTER D. VINCENTIUM LEYVAM, AC D. DOMINICUM DE LAURO

PRO EXERCITATIONE ACADEMICA

JUXTA LEGES DIGESTUM

PRIDIE IDUS AUGUSTI MDCCLXXVIII.

Nulla ars literis ſine interprete, & ſine aliqua *exercitatione* percipi poteſt. Cic. ad C. Trebatium Fam. Epiſt. 7.

Grata sume manu, nec dulcia differ in annum
Hor. lib. 1. Epiſt. XI. v. 23.



AUCTOR LECTORI

NOlim vituperes, Amice, si quæ heic in opella passim Emblemata occurrant; Laconismis vero, verborumque concisione, uti optimum decet Jureconsultum, perraro sim usus. Verum enimvero cum pro Academica exercitatione opusculum hocce esset conscriptum, consultissimo consilio factum credidi, dissertationis more, Oratorum potius, quam Jurisconsultorum sectari vestigia. Sin autem dicendi methodus non sit, ob parvam temporis intercapedinem, ad perfectum unguem redacta; vel altera sit, qua me notatum labecula tenes, ætati, ingenio, tempori, studio condones enixe rogo: quod si assecutus fuero magnum laboris mei percepisse fructum gloriabor.

Eo accedit quod operam istam inuitus edidi, haud dubius tamen, quin . . . . *mibi dulces*
Ignoscant, si quid peccavero stultus, Amici. (1)
Tu igitur, cum eos inter locum habeas, noli munusculum istud neglectui habere; sed virium imbecillitatem mearum, (quas equidem sentio, quam sint exiguæ,) sudorumque mei primitias, accipe, lege, corrige: Nam ut eleganter expressit Poeta. (2)

Juvat immemorata ferentem
Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri.

Quid plura? Ejusmodi caussæ sæpe sæpius in foro aguntur; idcirco
VIVE, VALE: Si quid novisti rectius istis
Candidus imperti: Si non, bis utere mecum. (3)

---

(1) *Hor. lib. 1. Satyr. III. v. 139.*
(2) *Idem lib. 1. Epist. XIX. v. 34.*
(3) *Idem Flaccus lib. 1. Epist. VI. v. 67.*

FATTO.

NEll'anno 1770. il fu D. Filippo Bentivoglio in morendo fece il suo ultimo nuncupativo testamento, formando la istituzione ne' seguenti termini -- *Istituisco erede universale D. Margherita Rossi mia moglie in usufrutto, vita sua durante, in tutti, e qualsivogliano miei beni:* Indi soggiunse: *In Caso D. Gennaro Bentivoglio mio Nipote ex fratre si casasse, ed avesse figliuoli, voglio, che dopo la morte della Signora D. Margherita, sia questi mio erede ed in proprietà, ed in usufrutto; Nel caso poi non si casasse, o casandosi non avesse prole, voglio che metà della mia eredità vada al Signor D. Domenico di Lauro altro mio Nipote ex sorore, anche in proprietà, ed usufrutto; E l'altra metà resti del Signor D. Gennaro in proprietà, ed usufrutto, come sopra.*

Appresso la morte di detto Testatore la sudetta D. Margherita s' impossessò dell'usufrutto sulla eredità del suo trapassato Conforte; e seguitò a goderne fino al caduto anno 1777., tempo in cui, con istrumento di transazione trà d'essa, e D. Domenico di Lauro, lo cedette interamente a benefizio del detto D. Domenico.

D. Gennaro Bentivoglio non prese moglie, ma rattrovandosi in istato bisognoso, vendette al Signor D. Vincenzo di Leyva alcuni stabili colla clausola *nunc pro tunc*, e propriamente quelli ad essolui spettantino dopo la morte della usufruttaria Rossi.

L'immatura morte di D. Gennaro precede quella della sudetta Usufruttuaria; quindi si agita controversia se si dovesse accrescere questa metà alla Usufruttuaria, ovvero al detto di Lauro istituito erede per l'altra porzione. Finalmente con altro sollenne istrumento di transazione trà loro, D. Margherita accorda al detto Signor D. Domenico immettersi nell'intiero possesso dell'eredità; lo che adempiendosi, giunse a notizia del Compratore D. Vincenzo di Leyva, il quale cerca impedir tal possesso, per que' beni a lui spettantino per titolo di compra, e vendita. Fonda il suo argomento sulla proprietà, la quale crede acquistata da D. Gennaro dal dì della morte del succennato Testatore.

Ma D. Domenico di Lauro si oppone a sissatta azione, pretendendo che D. Gennaro non giunse mai a far tale acquisto, a motivo che morissene prima della Fruttuaria Rossi, e consequentemente non poteva distrarre ciocchè lui non era ancora pervenuto.



QUum eo omnis vitæ noſtræ ratio transmittenda ſit, ut magnam nominis noſtri famam ex maximis in Rempublicam meritis collatis, poſteris relinquamus (1); Quumque fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens, & animus, & conſilium, ſententia Civitatis poſita ſit in legibus (2), recte ſuis officiis fungi videntur, qui nocturna, diurna manu civiles verſant leges, quæ (juxta Tullii verba) „ ad ſalutem Civium, Civitatumque incolumita„ tem, vitamque hominum & quietam, & beatam con„ ditæ ſunt (3). Præterea cum exploratum ſit quod & divinus philoſophus aſſeruit „ eos qui præſtantes vi„ ri in aliquo evaſuri ſunt, ab inuente ſtatim pueri-

 „ tia

(1) *Cic. in vati.*
(2) *Idem Orat. pro Cluent., & lib. 3. de leg.*
(3) *Idem lib. 2. de leg.*

„ tia oportere idipſum tam ludendo , quam ſtudendo „ in ſingulis ad id convenientibus meditari ; exemplo „ ejus , qui peritum Agricolam , vel Ædificatorem „ eſſe avet , ludentem oportet prima ætate vel colere „ terram, vel pueriles quasdam domos ædificare : „ (1) procul dubio laudibus erit extollendum Academiæ noſtræ inſtitutum , qua fictæ aliquæ tum Civiles , cum Canonicæ cauſſæ ſæpiuſcule aguntur, his omnino ſimillimæ, quæ in forum quotidie deferuntur. Has inter cum eſſet jamdiu edita *actio ex empto* a Magnifico D. Vincentio de Leyva, ut haberet bona, quæ a D. Januario Bentivoglio emerat, adverſum D. Dominicum de Lauro, qui ſecundum tabulas qu. D. Philippi Bentivoglio horum poſſeſſionem optabat , lite ad Academiæ arbitros delata, hi controverſiæ finem imponentes irritam eſſe Leyuæ actionem , ejusque emptionem legibus adverſantem ; idcirco præfatum de Lauro immittendum eſſe in poſſeſſionem omnium bonorum Bentivogli , reſponderunt

Octavo Kalendas Sextiles MDCCLXXVIII.

INter juris , factive argumenta , quæ hanc ſententiam tuentur, principem ſibi vindicat locum, illud, ex ejusdem Teſtatoris verbis depromptum. Juris enim regulis conſonum videtur non ex alio, niſi ex teſtamento principium ſumere, cum omni certo certius ſit de his controverſiis, quæ ex teſtamentis proficiſcuntur, non exquiri veritatem aliter poſſe, quam inſpectis, cognitisque

(1) *Plato dial.* 1. *de leg.*, *vel de leg. lat.*

que verbis testamenti. (1) Philippus Bentivoglio antequam ex hac vita decesserit, cunctis solemnibus ad ordinanda testamenta adhibitis, ultimum suum nuncupativum testamentum peregit, quo præcipuis verbis uxorem suam, donec vixerit, in omnibus quibuscumque bonis heredem Universalem in usufructu instituit. Verbo *Universalis* usumfructum una cum proprietate inesse non ambigitur. Scilicet si prima istæc institutionis verba attendamus, quamdiu vitam vixit D. Margarita Rossi, usumfructum, ac proprietatem ad eam pertinere conspicimus. Et quamvis Testator tantum de usufructu loquatur, tamen non probatu difficillimum est nihil in usufructus verbo proponi, cur data proprietas fructuariæ dematur. Non enim legitur in testamentariis tabulis *solum usumfructum* Margaritæ dari, quasi sit propositio, quam Logici dicunt *exclusivam*, quæ proprietatem omnino respuit. Neque fas est, ut institutus per Universitatem sit inde & ad proprietem, & ad usumfructum speciatim vocatus. Perperam igitur non assumitur testantem hic loci usum fuisse figura *Synecdoche*, partem pro toto explicantem (2). Eo accedit,

 quod

(1) *L. 6. ff. de transact., L. 1. D. Test. quem. aper., & L. 1. ff. qui testam. facer. poss.*

(2) *Tropi in jure non respuuntur: Sic ex: ge: figuræ* metonimiæ *exemplum habemus* in judicio familiæ erciscundæ; *& Decemviri Synecdoche multifariam usifuerunt. Nam tigni appellatione in lege XII. Tab. omne genus materiæ, ex quo ædificia constant, significatur: Cajus L. 62. §. 2. de V. S. . Iidem scripserunt* super pecunia, tutelare sua *L. Ulp.*

quod cum nullus datus sit Margaritæ coheres (nam Januarius Bentivoglio, cui proprietas addici posset, post ejus mortem vocatur) Margaritam proprietas sequatur, oportet, ne vel per ejusdem vitæ intercapedinem in suspenso illa dicatur fuisse, neve in legalem testati, atque intestati pugnam testator detrudatur; quapropter detracta usufructus mentione universalis heres debet ipsa considerari; sicuti ex fundo institutum, detracta fundi mentione, eum ex asse institutum censet Jurisconsultus ob eamdem testatæ, atque intestatæ successionis vitandæ curam (1). Sed de his plenius infra.

Ast in secundis testamenti versiculis subjunxit, quod si Januarius Bentivoglio Philippi Nepos, & uxorem ducat, & filios ex eo suscipiat, *cum uxor morietur* heres esto tam in proprietate, quam in usufructu. Ex quibus verbis clare admodum patet dictum D. Januarium *post Margaritæ fatum* institutum esse, nimirum sub die incerta factam fuisse institutionem.

Porro cum paganum quempiam testato, & intestato decedere jus civile non patiatur, ac testatum & intestatum inter naturalem veluti pugnam deprehendant Jurisconsulti (2); Justiniano placuit ex die, aut ad diem, seu ex cer-

---

Ulp. Fragm. tit. 11. §. 14. Pecunia *autem significatio ad ea omnia tum mobilia, tum immobilia, quæ in patrimonio nostro sunt, refertur, per L.* 5. *ff. de V. S. Idem in L.* 178. *D. eodem, & passim hæc occurrunt.*

(1) *L.* 1. §. *si ex fundo D. de her. inst.*; *& L. quoties* §. 9. *D. eodem.*

(2) *L.* 7. *ff. de Reg. juris, &* §. 5. *Inst. de her. instit.*

certo tempore, aut ad certum tempus heredem ſcribi non poſſe (1). Verum conſtitutio iſta non uſque adeo ſui eſt valitura momento, ut, ſi certum non appareat tempus inſtitutioni adjectum, inſtitutio vitietur; ſed *erit loco conditionis* (2), quia (juxta Papiniani verba ab eodem Imperatore probata, atque in Pandectarum libro relata) *dies incertus conditionem in teſtamento facit* (3) Hinc optime Ulpianus reſpondit: (4) *Dies incertus eſt cum ita ſcribitur: heres meus cum morietur decem dato, nam diem incertum habet mors ejus, & ideo ſi Legatarius ante deceſſerit, ad heredem ejus legatum non tranſit, quia non ceſſit dies . . . . quamvis certum fuerit heredem moriturum.* (5)

His præmiſſis facile conſtiterit in teſtamento, quo de agitur, Januarium Bentivoglium, qui heres ſcriptus eſt poſt Fructuariæ obitum, nonniſi ſub conditione fuiſſe inſtitutum. Conditio eſt *cicumſtantia*, a qua actus ſuſpenditur: Ergo non ſtatim, ſed, cum conditio extiterit, incipit heres eſſe, & interim bona nec deberi incipiunt, nec delegari poterunt; (6) ſi *neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc conditione* (7). Sic quoque de legato in heredis morte collato Juriſconſulti ſcripſerunt: *Si, cum heres morietur, legetur, conditionale le-*

ga-

(1) §. 9. *Inſt. de hem inſt.*
(2) *Dicto* §. 9. *Ibidem.*
(3) *L.* 75. *D. de cond.*, *& demonſtr.*
(4) *In L. prima ff. eodem.*
(5) *Idem evicitur ex L.* 4., *& L.* 78. *ff. eodem.*
(6) *Per L.* 21. *D. quando dies leg., vel fideic. cedat.*
(7) *L.* 213. *de Verb. ſign.*

gatum est, *denique vivo herede defunctus legatarius ad heredem non transfert* (1). Et alibi : *Tale legatum cum morietur heres dato, certum est debitum iri, & tamen ad heredem legatarii non transit, si vivo herede decedat* (2).

Si igitur recensitus D. Januarius scriptus sit hac conditione *cum hæres morietur*, inde propero fato, vivente adhuc primo herede, præreptus; bona neque ad heredes suos, neque ad emptorem transmittere potuit. Quapropter ruat necesse est immatura ejus venditio ex ipsius Ulpiani sententia, qui Scævolam imitatus scripsit: *qui ante diem agit, male agit* (3). Ante diem egisse prædictum venditorem nemo ignorat, cum, D. Margarita hactenus superstite, nec dies incertus exstiterit, nec conditio fuerit adimpleta.

Sed hac de re haud vicis opus, cum Imperator (4) hæc potissimum habeat: *Sin autem aliquid sub conditione relinquatur, vel casuali, vel potestativa, vel mixta, quarum eventus ex fortuna, vel ex honoratæ personæ voluntate, vel ex utroque pendeat, vel sub incerto die; expectari oportet conditionis eventum, sub qua fuerit derelictum, vel diem, ut tunc cedat, cum vel conditio impleatur, vel dies incertus extiterit*.

In hanc sententiam non invitum trahimus Quinti Cervidii Scævolæ responsum, qui (cum Felici cuidam legatus fuisset fundi Vestigiani ususfructus, non secus ac propietas ipsa, si non contenderit cum herede, sed potius

(1) *L. 4. in pr. D. quando dies leg.*
(2) *L. 13. D. eodem.*
(3) *L. Un. in fin. D. quando dies usufr. leg. ced.*
(4) *L. Un. §. sin autem Cod. de cad. tollendis.*

tius concordaverit) quæsitus, an Felix vivente herede exigere possit fundi proprietatem, respondit nihil proponi, *cur Felici proprietas fundi legata videretur* (1). Noluit itaque Jurisconsultus proprietatem Felici tribuere, nisi herede vita functo, conditioneque omnino adimpleta. Clarissima istæc sunt, inque eorum intelligentiam nullo Ædipo opus est.

Haud nos fugit quamplurimas exstare leges, quæ primo obtutu videntur Leyvæ patrocinium suscipere. Hæ igitur heredi in diem certum, vel incertum instituto facultatem distrahendi concessere. *Si quis* (en Pomponii responsum (2) *instituatur in diem certum*, vel incertum, *is bonorum possessionem agnoscere potest, & tamquam heres distrahere hereditatem*. His concessis fatendum erit legitime alienasse Januarium Bentivoglio, qui in diem incertum scriptus, heredis instar omni distrahendi facultate pollebat. Verum ne hilum quidem ponderis habet laudatum responsum, uti advertit Dionysius Gothofredus (3), nam *pendente conditione heres adire non potest, nec bonorum possessionem, juris, quæ dominium tribuit, petere, sed eam tantum quæ facti est, quæ solam administrationem continet* ... *consequitur ita bonorum possessionem, & potestatem vendendi*, ut satisfiat Creditoribus hereditariis, *perinde ac si Curator fuisset institutus hereditati incerti hominis*. En quomodo ob interpretum pla-

---

(1) *L. 32. D. de Usu, & Usufr., & red., & hab.*

(2) *L. 23. in pr. ff. de her. instit.*

(3) *Goth. ad d. L. 23., cui alludit Accursius, Johan. Brunnemannus, duo Francisci Connanus, & Duarenus, aliique primi subsellii interpretes.*

placita cadit argumentum, legesque concordant.

Id volvens animo actor ad legatum confugit, & venditorem suum legatarium existimans sic ratiocinatur: Quisque, herede instituto, non prohibetur legari proprietatem deducto usufructu (1). Atqui in præposito testamenti capite, herede instituto, eique usufructu relicto, proprietas D. Januario Bentivoglio legata fuit. Ergo proprietatis dominium, a testatoris morte ille acquisivit, eamque poterat transmittere, & alienare: ac prohinde emptori competunt cuncta proprietarii jura (2), atque jus persequendi universa bona per utilem actionem a legibus concessam (3).

Ast ficulneum hocce in minore claudicat argumentum. Esto quidem præfatus Bentivoglio proprietatis Legatarius, erit quidem conditione adjecta, cum Fructuaria extremo suo fato cesserit, qui potuit igitur proprietatem vendere, nisi aditam? Qui adire, nisi conditione adimpleta? Qui adimplere, nisi fructuaria mortua?

Ceterum si, omissis rationibus nuper deductis, *plenius*, uti optimum Jurisconsultum decet (4), voluntatem Testantis interpretemur, comperiemus profecto, quoad Fructuaria uxor vitam viveret, proprietatem potius suam fuisse, quam alterius. Hinc uxorem institutam putamus, D. Januarium autem nil diversum a substituto. Et sane cum Paterfamilias testando Legislatorem agat, & (juxta

---

(1) *L. 7. ff. de usufr., & quem quis &c.*

(2) *L. 15. Cod. de usufr., & hab., & min. serv.*

(3) *L. 4. ff. de her. petit., & L. 13. §. 4. D. eodem.*

(4) *Ex L. 12. D. de R. J.*

ta carmen Decemvirale) ita jus sit, uti ipse legassit, non abs re erit ipsius Testatoris mentem ingredi, ejusque verba iterum iterumque perpendere, & accuratius contemplari. Erga tres personas Philippum accensum esse amore ex testamento liquet: Prius enim dilectissimam conjugem, deinde Nepotem ex Fratre ad sui bona vocavit; cui Nepotem ex Sorore in hereditatis semisse substituit, si secundus institutus aut nusquam uxorem duceret, aut ducendo nullam suscepisset sobolem. His gradatim institutis luculenter ostendit uxorem amasse ante alios; cui si usumfructum tantummodo dare voluisset, usus esset his communibus verbis: *Januarius heres esto in proprietate, Margarita in usufructu*; Sed quia noluit, ut vivente herede alter se pro herede gereret, ideo Nepotem post secutam uxoris mortem ad hereditatem vocavit. Nullum sane testatoris verbum debet vacuum remanere; & consequenter, si Philippus vivente Margarita de Januario siluit, eumque post uxoris mortem instituit, dicendum erit quod *ubi voluit expressit, noluit ubi non dixit*. Cum ergo proprietas ob testatoris voluntatem non pertineat ad D. Januarium, & explorati juris sit, ut nequeat esse in suspenso, eidem Fructuariæ illam quis neget? Utique exclusio unius est inclusio alterius.

Hinc non incommode adducitur Jurisconsultorum regula, (1) quæ edocet, quod *cum in testamento ambigue, & etiam*

 per-

(1) *L. 24. D. de reb. dub.*

peram ſcriptum eſt : benigne interpretari , & ſecundum id quod credibile eſt cogitatum credendum eſt . In controverſia, qua de agimus credibile eſt cogitatum , quod teſtans uxori, quam maximopere adamabat , dominium aſſolutum, & independens dederit , quod illa minime haberet, ſi ſecus judicaretur.

Denique cum in ambiguis ſcripturis maxime ſententia, & cogitatio ſpectanda ſit ejus, qui eas protuliſſet (1), nos ne pigeat ex ipſis manibus argumenta deſumere , & fingi Philippum Bentivoglio ex cineribus ſuis reſurgentem, qui debeat , hac de re ſuam ferre ſententiam. Judicaret ne pro immatura Nepotis ſui alienatione ob auri ſacram famem facta , anne pro uxore, Nepoteve ex Sorore , cujus nominis in teſtamento minime fuit oblitus? Procul dubio qui non rectæ rationi nuntium miſerunt , voluntatem teſtatoris pro dictis Margarita Roſſi , & D. Dominico de Lauro eſſe interpretandam, ore rotundo fatentur.

Hanc veritatem cognovit ipſemet D. Januarius, quod ex ejus operationibus probari difficillimum non eſt . Innumeræ ſunt leges, quæ ut qualiſcumque uſufructuarius teneatur cautionem dare proprietario utendi , fruendi arbitrio boni viri, concorditer præſcripſerunt (2), neque talem cautionem legatario uſusfructus teſtator idem remittere poteſt (3) ; imo maritus , cui uſusfructus omnium

(1) *In L. 96. de R. J.*

(2) *L. 2. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.*, *L.* 1., & 2. *uſufr. quem. cav.*, & *L.* 13. *in pr. D. uſufr. quem. quis utatur, fruatur*.

(3) *L.* 2. *Cod. de uſufr.*, & *hab.*, & *miniſt. ſerv.*

mium bonorum uxoris testamento relictus est, quamvis illa cautionem prohibuerit exigi, tamen non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere poterit, quam, oblata secundum formam Senatus Consulti cautione (1). Margarita Rossi non tantum a debitoribus solutam pecuniam accepit, verum etiam pro herede gessit. At qualem cautionem dedit? Nullam. Quidnam ab ea petiit Januarius? Nihil. Cur? quia pro comperto habebat se nullo jure pollere vivente ea, penes quam proprietas ipsa manebat. Quod cum haberet is alta mente repositum bona non adivit, proindeque nequit transmittere (2); Neque objici potest venditionis actum, in quo D. Januarius pro herede gerens tacite adiisse videtur; nam Januarius non vendidit proprietatem a testatoris obitu sibi acquisitam, sed ea tantummodo ad semetipsum tunc pervenientia, cum Fructuaria Rossi e vita decesserit (3).

Facti quæ collegimus argumenta proprietatem ab usufructu non disjunctam penes præfatam Rossi ostendunt. At firmior stat sententia, si jus adgrediamur. Et quamvis disceptari facile queat, utrum in solo usufructu, an in omni jure defuncti sit D. Margarita universaliter instituta: attamen si nos Leyuæ opinioni faventes solum usumfructum illi concedamus, ex usufructu eodem argumentum pro sententia nostra, nulla invita jurisprudentia, colligere possumus. Cum ergo instituta esset in usu-

(1) *L. prima cod. eodem.*
(2) *L. unic. §. 5. eod. de cad. toll.*
(3) *Id liquet ex eisdem contractualibus verbis in casu expressis fol. 1.*

ususfructu, nec ullum pro tempore suo habeat coheredem, ipsa interim heres universalis existimanda est (1), & per consequens habet usumfructum, quem Jurisconsulti *causalem* appellant. Nec ibi est spes, quod ipsa vivens habere possit coheredem, cum alius (2) sit institutus post ejus mortem, & tunc necessario sequitur, ut interpretes opinantur, quod heres institutus post ejus mortem non erit directo heres, sed traditur institutio ad *Fideicommissarium*. Interpretum rationes nulla laborant obscuritate; nam si esset directo heres adeundo; ergo repudiando res esset in caussa intestati, quia ista sunt convertibilia. Sed tunc magnum sequeretur absurdum, quia Testator pro parte testatus, scilicet dum vixerit uxor, & pro parte intestatus moreretur; quod impossibile lege probavimus. Sed hæc meliori indigent explicatione.

Anceps est, & Jurisperitos inter longe agitata quæstio, heres Fructuarius cuinam sit comparandus. Sunt quibus arrisit Fructuarium legatario heredi similem esse. Sunt, & alii, qui eum non differre a Fiduciario pro aris veluti ac focis defendunt. Nos equidem inter discrepantes jurisperitorum sententias licet neque prioribus, neque posterioribus præcipitanter nomen dicamus, tamen non possumus non amplecti opinionem eorum, quibus persuasum fuit, hanc quæstionem voluntatis esse vel ex verbis Testatoris, vel

---

(1) *Arg. dictæ L. 1. §. si ex fundo; & L. aliquo casu in pr. ff. de her. inst.*

(2) *L. quibus diebus §. quidam Titio, & L. Heres meus in pr. ff. de cond. & demonst.*

vel conjecturis eliciendæ. Secundum ea quæ in præsenti causa proponuntur, Fructuaria Rossi a Fiduciario herede nihil discrepat, nam rogata videtur ut post ejus mortem hereditatem restituat per Fideicommissum. Fiduciarum inter ac institutum heredem, qui personam defuncti representans in totum ejus jus succedit, id intercedit discriminis, quod iste habeat liberam bonorum dispositionem, ille non: in cæteris haud dissimiles. Et certe Fiduciarius dum hereditate potitur pro vero Domino habetur (1); quamobrem sic rigorosi fuerunt Legislatores, ut is post restitutionem videbatur in hereditate manere ob illud axioma: *heres non potest desinere esse heres* (2). Fideicommissarius contra, cui hereditas erit restituenda vix ad bona, non in bonis jus habet, & ante diem conditionis adeo quolibet jure est destitutus, ut, si hereditas sit restituta, dominium acquirere nequeat. Auro, cedroque dignum est Caii responsum in secundo Fideicommissorum libro sic scribentis (3); *Sed & si ante hunc diem, vel ante conditionem restituta sit hereditas, non transferuntur actiones, quia non ita restituta est hereditas, ut testator rogavit*. Concludendum itaque erit, ut si Fideicommissarius, antequam venerit dies vel conditio, nullum jus in hereditate habeat, æquissime judicetur, Januarium Bentivoglio, quem Fi-

(1) *Ad hoc fuerunt habita bina Senatusconsulta: Trebellianum sub Nerone, Pegasianum sub Vespasiano.*

(2) *L.* 88. *in fin. ff. de her. inst.*, *&* §. 3. *Instit. eodem*.

(3) *L.* 10. *D. ad Trebell.*

de fcommiffario æqualem demonftravimus, omni quolibet jure, vivente Roffi, caruiffe.

Ex proprietate penes D. Margaritam oftenfa prono alveo fluit illegitimam effe difceptatam alienationem, utpote a non Domino factam. Juris enim periti viri probe norunt, quod non Dominus, dominium, quod non habet, in alterum transferre, adeoque & alienare nequit (1): & licet indubitatum fit hereditatem ad dictum venditorem fore perventuram; tamen negari non poteft primi heredis vita, quæ contractum infirmat: *Si hereditas* (en Pomponiana decifio, quæ ad rem noftram plurimum facit (2): *Si hereditas venierit ejus qui vivit, nihil eft actum, quia in rerum natura nihil eft quod venierit*. Januarius Bentivoglio in venditionis actu se geffit pro herede oblitus omnino laudati Jurisconfulti moniti, qui Labeonem fecutus ait (3): *neminem pro herede gerere poffe vivo eo, cujus in bonis gerendum fit*. Ab Ulpiano demum poft Julianum improbitatis, vel nequitiæ nota pulfatur *qui follicitus eft de vivi hereditate* (4). Hæc Jurisconfultorum nafutiffima placita caufam præbuerunt Legi Juftinianeæ (5), qua refcriptum *neque alienationem talium rerum, neque hipothecas, neque quemcumque contractum effe admittendum*. Æquiffime id judicatum, nam qui ejusmodi contractus iniit *alienam mortem*

(1) *L. 54. D. de Reg. jur., & §. 40. Inft. de rer. div.*

(2) *L. 1. D. de her., & act. vend.*

(3) *L. 29. D. de om. vel acq. her.*

(4) *L. 2. §. 2. D. de Vulg., & pup. fubft.*

(5) *L. ult. Cod. de Pactis.*

tem captasse præsumitur. Emptor igitur, qui ante mortem stipulatur, viventis bona nunquam acquirit, quia *adversus bonos mores, & jus gentium festinare videtur* (1). His coacervatis non videtur, cur Leyuæ actio elidi non debeat: sed illi recte objici possunt Imperatoris verba (2) non sine laudis elogio recitanda: *Ex eo instrumento nullam vos habere actionem, in quo contra bonos mores de successione futura interposita sit stipulatio, manifestum; cum omnia, quæ contra bonos mores vel in pactis, vel in stipulatione deducuntur nullius momenti sint*.

Adversus ea, quæ superius retulimus, adduci potest una ex quinquaginta Justiniani decisionibus, qua laudatus Imperator ad Aulum Mennam Præfectum Prætorio sic scribit (3): *Quoties certi quidem ex certa re scripti sunt heredes, vel certis rebus, pro sua institutione contenti esse jussi sunt, quos Legatoriorum loco haberi certum est*. Ex tali decisione nonnulli evincunt Fructuarium sua institutione contentum esse debere; quippe a Legatario in nihilo differt. At nubem pro Junone amplectuntur, cum manifestissimum sit Imperatorem ibi non locutum esse de usufructuario, sed his tantummodo, qui heredes scripti sunt *ex certa re*. Inter istos non erit recensenda dicta D. Margarita, quæ instituta ex usufructu absque coherede heres dicitur *in totum assem*: quemadmodum fuit dispositum in herede instituto *ex parte*, vel *ex fundo* non dato alio coherede. Id superius ex-

po-

(1) *L*. 29. §. 2. *D. de don.*

(2) *L*. 4. *Cod. de inut. stipul.*

(3) *L. quoties cod. de her. inst.*

posuimus, propterea hic, ne coctum recoquatur, silemus.

Antequam manus e tabula subducamus operæ pretium erit Patria jura circa id rei aliquantulum expendere, quippe ex novissimis Admortizationis legibus, quas subditis suis providentissimus Princeps dixit, pro præsenti negotio non obscurum colligi potest argumentum. Inter utilissimas vetitæ Admortizationis Sanctiones (quas & veteres Principes perpetuo usurparunt, ac diu apud nos intermortuas, aut certe neglectas providentia sua Ferdinandus IV. jure veluti postliminii in Civitatem restituit) non solum institutiones, donationes, & alienationes generatim omnes in piorum locorum favorem seu ex contractu, seu ex ultima voluntate, irritæ haberi sunt jussæ; verum etiam, si tempore latæ legis per temporis, aut conditionis adventum, jam venisset contractus, aut Legati dies, & ab locis piis res peti jam posset, quæ ita ad ea delata foret, penes ultimum possessorem sine restitutionis onere libere remaneat (1). Idem ad speciem nostram accomodari potest, nam cum ante temporis, aut conditionis adventum Januarius fatum suum obierit, ac institutio pro sui commodo facta sit penitus caducata, bona penes Rossi ultimam possestricem libere debent remanere.

Nec in contraria currit, qui ex rationibus nostris aberrans credit, nil præter usumfructum D. Margaritæ legatum; nemo enim ex nostratibus ignorat altero Regali diplomate fuisse statutum, quod si privato cuipiam ususfructus legatus esset, Ecclesiæ vero proprietas, & post

(1) *Collect. Reg. liter. tit. 1. lit. 8.*

post usufructuarii mortem cum proprietate usumfructum in persona Ecclesiæ consolidari placuisset, proprietas cum usufructu, exclusa Ecclesia, consolidaretur (1). Adplicantes igitur hanc literam ad nostrum argumentum, proprietatem cum usufructu bonorum, excluso D. Januario Bentivoglio, ejusque emptore, in persona Fructuariæ consolidari recte judicamus.

Nil diversum huic providentiæ jus commune, quod cum non patiatur, ut paganus quispiam testato, & intestato moriatur, jus adcrescendi instituere fuit conatum (2). Hoc illis competit qui *re*, aut *verbis*, aut *re & verbis* conjuncti sunt. Sed usufructus est pars rei (3); Ergo jus adcrescendi usufructuariis competit. Atqui instrumento transactionis inter D. Margaritam, & D. Dominicum de Lauro inito, illa cuncta sua jura, isti renuntiavit; idcirco dictus D. Dominicus non tantum acquirere debet semissem sibi acquisitum ob Januarii Cœlibatum, sed etiam omnia, quæ ad supradictam Rossi pertinebant ex Januarii caducatione.

Nondum objectionum finis; nam responderi poterit recensitis literis hic locum non esse, propterea quod agitur de proprietate, quam Januarius ejus Legatarius prius acquisivit, deinde transmisit; Hinc Ulpianus: *Si pure proprietas legata erit, ea ad legatarium deveniet, quamvis Fructuarius heres sit institutus*. Si igitur ad D. Januarium proprietas devenerit, inficiari non potest transitam quo-

(1) *Collect. Reg. liter. d. tit. 1. lit. 18.*
(2) *L. 63. ff. de her. inst.*
(3) *L. 4. D. de usu & usufr., & red. & hab. &c.*

quoque fuisse ad Leyvam emptorem, qui cum non sit Ecclesia, vel locus pius, confitendum, ut non proprietas ad Usumfructum, sed potius Ususfructus ad proprietatem accedat. Etenim minus nobile nobilius sequi debet. De hoc nulli dubium, quia proprietas per se sistit, & ad alios transfertur: Ususfructus contra, utpote servitus personalis, tantum personae inservit; Ex quo sequitur, ut extinguatur morte Usufructuarii naturali vel Civili (1).

At nos coacervantes quae supra monuimus non absurde respondemus, quod ejusmodi argumentum falso innititur supposito. Jurisconsultus in praecitata Lege de *legato pure* loquitur; verum ipsi Legis tirones probe norunt, quod *pure* legatur, cum a nullo eventu legatum suspenditur (2), & tunc a morte testatoris & *cedit dies*, *& venit*. At in proposita controversia conditio sospendit legatum. Nunquam enim disceptata proprietas ad Legatarium Bentivoglio pervenit, quoniam pro eo neque Legati, neque Fideicommissi dies cedit per tempus, & conditionem non impletam: Minus devenit ad Leyvam, qui nullum jus habuit super bonis Philippi Bentivoglio, nullumque acquisivit in citata emptione; tum quia venditor distrahere non poterat quae sua non erant; tum denique quia non vendidit proprietatem, sed bona post Margaritae funus sibi spectantia. Juxta juris regulas *nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse*

(1) §. 3. *Inst. de Usufr.*, *& L.* 16. *in pr.* §. 1. *sequ. cod. eodem*.

(2) *L.* 5. §. 1. *ff. quando dies leg. ced.*

ipse habet (1); idcirco supponitur institutum sub conditione sub eadem conditione bona vendidisse: Verum cum ob immaturam venditoris mortem defecerit conditio, nullius momenti sunt emptio, ac stipulatio; Et consequenter arcenda a limine judicii Leyvæ actio, quæ nequit impedimento esse, quin D. Dominicus de Lauro non immittatur in possessionem. Concludit tandem Paulus (2) magna comitante Iurisconsultorum caterva; *quod si sub conditione res venierit, si quidem defecerit conditio, nulla est emptio, sicuti nec stipulatio: Quod si extiterit Proculus & Octavenus emptoris esse periculum ajunt. Idem Pomponius lib. IX. probat.* Et hæc pro præsenti Academica exercitatione dixisse sint satis.

Licet circa articulum, quo de egimus, nonnulli extiterint emunctæ naris Forenses, atque Interpretes (3), qui pro sententia nostra judices pronunciarint; suorum scita rationibus luculentissimis demonstrantes: nihilominus pro tuenda nostra sententia argumenta ex solo jure communi, ac naturali justitia non sine studio desumpsimus; non tantum quia plus habet ponderis id quod

---

(1) *L.* 54. *de Reg. juris.*

(2) *In L.* 8. *D. de per., & com. rei vend.*

(3) *Inter hos cæteris palmam præripuit Bartolus in L. un. cod. de cad. toll., Antonius Faber dec.* 16. *err.* 8. *de error. Pragm., Idem defin.* 5. *lib.* 5. *cod. de Fideic., Baldus in lib.* 1. *cod. de Episc. & Cler., Rovitus decis.* 26. *n.* 5., *Peregrinus artic.* 1. *num.* 21., *& art.* 5. *num.* 22., *Salicetus ad L.* Extraneum *in fin. cod. de her. inst., aliique non tot, quin plures.*

quod ex veritate, quam quod ex opinione descendit (1); sed & quia vetitum est istorum opiniones legum decisionibus addi, e novissima optimi Ferdinandi lege, cui perpetuitatem cum bonis omnibus quotidie adprecamur. Nos interim (2).

Hoc opus, hoc studium parvi properemus, & ampli
Si Patriæ volumus, si nobis vivere cari.

F I N I S.

(1) §. 9. *Inst. de Legatis*.
(2) *Hor. lib. 1. Epist. ad Julium Florum v. 28.*

descendit (1);
legum deci-
andi lege, cui
: adprecamur.

... , & ampli
cari.

... 28.

usufructu, nec ullum pro tempore suo habeat coheredem, ipsa interim heres universalis existimanda est (1), & per consequens habet usumfructum, quem Jurisconsulti *causalem* appellant. Nec ibi est spes, quod ipsa vivens habere possit coheredem, cum alius (2) sit institutus post ejus mortem, & tunc necessario sequitur, ut interpretes opinantur, quod heres institutus post ejus mortem non erit directo heres, sed traditur institutio ad *Fideicommissarium*. Interpretum rationes nulla laborant obscuritate; nam si esset directo heres adeundo; ergo repudiando res esset in caussa intestati, quia ista sunt convertibilia. Sed tunc magnum sequeretur absurdum, quia Testator pro parte testatus, scilicet dum vixerit uxor, & pro parte intestatus moreretur; quod impossibile lege probavimus. Sed hæc meliori indigent explicatione.

Anceps est, & Jurisperitos inter longe agitata quæstio, heres Fructuarius cuinam sit comparandus. Sunt quibus arrisit Fructuarium legatario heredi similem esse. Sunt, & alii, qui eum non differre a Fiduciario pro aris veluti ac focis defendunt. Nos equidem inter discrepantes jurisperitorum sententias licet neque prioribus, neque posterioribus præcipitanter nomen dicamus, tamen non possumus non amplecti opinionem eorum, quibus persuasum fuit hanc quæstionem voluntatis esse vel ex verbis Testatoris, vel

(1) *Arg. dict. L. 1. §. si ex fundo; & L. aliquo casu in pr. ff. de her. inst.*

(2) *L. quibus diebus §. quidam Titio, & L. Heres meus in pr. ff. de cond. & demonst.*

vel conjecturis eliciendæ. Secundum ea quæ in præsenti causa proponuntur, Fructuaria Rossi a Fiduciario herede nihil discrepat, nam rogata videtur ut post ejus mortem hereditatem restituat per Fideicommissum. Fiduciarum inter ac institutum heredem, qui personam defuncti representans in totum ejus jus succedit, id intercedit discriminis, quod iste habeat liberam bonorum dispositionem, ille non: in cæteris haud dissimiles. Et certe Fiduciarius dum hereditate potitur pro vero Domino habetur (1); quamobrem sic rigorosi fuerunt Legislatores, ut is post restitutionem videbatur in hereditate manere ob illud axioma: *heres non potest desinere esse heres* (2). Fideicommissarius contra, cui hereditas erit restituenda vix ad bona, non in bonis jus habet, & ante diem conditionis adeo quolibet jure est destitutus, ut, si hereditas sit restituta, dominium acquirere nequeat. Auro, cedroque dignum est Caii responsum in secundo Fideicommissorum libro sic scribentis (3); *Sed & si ante hunc diem, vel ante conditionem restituta sit hereditas, non transferuntur actiones, quia non ita restituta est hereditas, ut testator rogavit.* Concludendum itaque erit, ut si Fideicommissarius, antequam venerit dies vel conditio, nullum jus in hereditate habeat, æquissime judicetur, Januarium Bentivoglio, quem Fi-

 dei-

(1) *Ad hoc fuerunt habita bina Senatusconsulta: Trebellianum sub Nerone, Pegasianum sub Vespasiano.*

(2) *L.* 88. *in fin. ff. de her. inst.*, *&* §. 3. *Instit. eodem.*

(3) *L.* 10. *D. ad Trebell.*

de icommissario æqualem demonstravimus, omni quolibet jure, vivente Rossi, caruisse.

Ex proprietate penes D. Margaritam ostensa prono alveo fluit illegitimam esse disceptatam alienationem, utpote a non Domino factam. Juris enim periti viri probe norunt, quod non Dominus, dominium, quod non habet, in alterum transferre, adeoque & alienare nequit (1): & licet indubitatum sit hereditatem ad dictum venditorem fore perventuram; tamen negari non potest primi heredis vita, quæ contractum infirmat: *Si hereditas* (en Pomponiana decisio, quæ ad rem nostram plurimum facit (2)) *Si hereditas venierit ejus qui vivit, nihil est actum, quia in rerum natura nihil est quod venierit*. Januarius Bentivoglio in venditionis actu se gessit pro herede oblitus omnino laudati Jurisconsulti moniti, qui Labeonem secutus ait (3): *neminem pro herede gerere posse vivo eo, cujus in bonis gerendum sit*. Ab Ulpiano demum post Julianum improbitatis, vel nequitiæ nota pulsatur *qui sollicitus est de vivi hereditate* (4). Hæc Jurisconsultorum nasutissima placita causam præbuerunt Legi Justinianeæ (5), qua rescriptum *neque alienationem talium rerum, neque hipothecas, neque quemcumque contractum esse admittendum*. Æquissime id judicatum, nam qui ejusmodi contractus iniit *alienam mortem*

(1) *L. 54. D. de Reg. jur., & §. 40. Inst. de rer. div.*

(2) *L. 1. D. de her., & act. vend.*

(3) *L. 27. D. de om. vel acq. her.*

(4) *L. 2. §. 2. D. de Vulg., & pup. subst.*

(5) *L. ult. Cod. de Pactis.*

tem captasse præsumitur. Emptor igitur, qui ante mortem stipulatur, viventis bona nunquam acquirit, quia *adversus bonos mores, & jus gentium festinare videtur* (1). His coacervatis non videtur, cur Leyuæ actio elidi non debeat: sed illi recte objici possunt Imperatoris verba (2) non sine laudis elogio recitanda: *Ex eo instrumento nullam vos habere actionem, in quo contra bonos mores de successione futura interposita sit stipulatio, manifestum; cum omnia, quæ contra bonos mores vel in pactis, vel in stipulatione deducuntur nullius momenti sint*.

Adversus ea, quæ superius retulimus, adduci potest una ex quinquaginta Justiniani decisionibus, qua laudatus Imperator ad Aulum Mennam Præfectum Prætorio sic scribit (3): *Quoties certi quidem ex certa re scripti sunt heredes, vel certis rebus, pro sua institutione contenti esse jussi sunt, quos Legatoriorum loco haberi certum est*. Ex tali decisione nonnulli evincunt Fructuarium sua institutione contentum esse debere, quippe a Legatario in nihilo differt. At nubem pro Junone amplectuntur, cum manifestissimum sit Imperatorem ibi non locutum esse de usufructuario, sed his tantummodo, qui heredes scripti sunt *ex certa re*. Inter istos non erit recensenda dicta D. Margarita, quæ instituta ex usufructu absque coherede heres dicitur *in totum assem*: quemadmodum fuit dispositum in herede instituto *ex parte*, vel *ex fundo* non dato alio coherede. Id superius ex-po-

(1) *L. 29. §. 2. D. de don.*
(2) *L. 4. Cod. de inut. stipul.*
(3) *L. quoties cod. de her. inst.*

posuimus, propterea hic, ne coctum recoquatur, silemus.

Antequam manus e tabula subducamus operæ pretium erit Patria jura circa id rei aliquantulum expendere, quippe ex novissimis Admortizationis legibus, quas subditis suis providentissimus Princeps dixit, pro præsenti negotio non obscurum colligi potest argumentum. Inter utilissimas vetitæ Admortizationis Sanctiones (quas & veteres Principes perpetuo usurparunt, ac diu apud nos intermortuas, aut certe neglectas providentia sua Ferdinandus IV. jure veluti postliminii in Civitatem restituit) non solum institutiones, donationes, & alienationes generatim omnes in piorum locorum favorem seu ex contractu, seu ex ultima voluntate, irritæ haberi sunt jussæ; verum etiam, si tempore latæ legis per temporis, aut conditionis adventum, jam venisset contractus, aut Legati dies, & ab locis piis res peti jam posset, quæ ita ad ea delata foret, penes ultimum possessorem sine restitutionis onere libere remaneat (1). Idem ad speciem nostram accomodari potest, nam cum ante temporis, aut conditionis adventum Januarius fatum suum obierit, ac institutio pro sui commodo facta sit penitus caducata, bona penes Rossi ultimam possestricem libere debent remanere.

Nec in contraria currit, qui ex rationibus nostris aberrans credit, nil præter usumfructum D. Margaritæ legatum; nemo enim ex nostratibus ignorat altero Regali diplomate fuisse statutum, quod si privato cuipiam ususfructus legatus esset, Ecclesiæ vero proprietas, & post

(1) *Collect. Reg. liter. tit. 1. lit. 8.*

post usufructuarii mortem cum proprietate usumfructum in persona Ecclesiæ consolidari placuisset, proprietas cum usufructu, exclusa Ecclesia, consolidaretur (1). Adplicantes igitur hanc literam ad nostrum argumentum, proprietatem cum usufructu bonorum, excluso D. Januario Bentivoglio, ejusque emptore, in persona Fructuariæ consolidari recte judicamus.

Nil diversum huic providentiæ jus commune, quod cum non patiatur, ut paganus quispiam testato, & intestato moriatur, jus adcrescendi instituere fuit conatum (2). Hoc illis competit qui *re*, aut *verbis*, aut *re & verbis* conjuncti sunt. Sed usufructus est pars rei (3); Ergo jus adcrescendi usufructuariis competit. Atqui instrumento transactionis inter D. Margaritam, & D. Dominicum de Lauro inito, illa cuncta sua jura isti renuntiavit; idcirco dictus D. Dominicus non tantum acquirere debet semissem sibi acquisitum ob Januarii Cœlibatum, sed etiam omnia, quæ ad supradictam Rossi pertinebant ex Januarii caducatione.

Nondum objectionum finis; nam responderi poterit recensitis literis hic locum non esse, propterea quod agitur de proprietate, quam Januarius ejus Legatarius prius acquisivit, deinde transmisit; Hinc Ulpianus: *Si pure proprietas legata erit, ea ad legatarium deveniet, quamvis Fructuarius heres sit institutus*. Si igitur ad D. Januarium proprietas devenerit, inficiari non potest transitam

quo-

(1) *Collect. Reg. liter. d. tit. 1. lit. 18.*
(2) *L. 63. ff. de her. inst.*
(3) *L. 4. D. de usu & usufr., & red. & hab. &c.*

quoque fuisse ad Leyvam emptorem, qui cum non sit Ecclesia, vel locus pius, confitendum, ut non proprietas ad Usumfructum, sed potius Ususfructus ad proprietatem accedat. Etenim minus nobile nobilius sequi debet. De hoc nulli dubium, quia proprietas per se subsistit, & ad alios transfertur: Usufructus contra, utpote servitus personalis, tantum personæ inservit; Ex quo sequitur, ut extinguatur morte Usufructuarii naturali vel Civili (1).

At nos coacervantes quæ supra monuimus non absurde respondemus, quod ejusmodi argumentum falso innititur supposito. Jurisconsultus in præcitata Lege de *legato pure* loquitur; verum ipsi Legis tirones probe norunt, quod *pure* legatur, cum a nullo eventu legatum suspenditur (2), & tunc a morte testatoris & *cedit dies*, *&* *venit*. At in proposita controversia conditio sospendit legatum. Nunquam enim disceptata proprietas ad Legatarium Bentivoglio pervenit, quoniam pro eo neque Legati, neque Fideicommissi dies cedit per tempus, & conditionem non impletam: Minus devenit ad Leyvam, qui nullum jus habuit super bonis Philippi Bentivoglio, nullumque acquisivit in citata emptione; tum quia venditor distrahere non poterat quæ sua non erant; tum denique quia non vendidit proprietatem, sed bona post Margaritæ funus sibi spectantia. Juxta juris regulas *nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse*

(1) §. 3. *Inst. de Usufr.*, *&* *L.* 16. *in pr.* §. 1. *sequ. cod. eodem*.

(2) *L.* 5. §. 1. *ff. quando dies legi ced.*

ipse habet (1); idcirco supponitur institutum sub condi-
tione sub eadem conditione bona vendidisse: Verum
cum ob immaturam venditoris mortem defecerit condi-
tio, nullius momenti sunt emptio, ac stipulatio; Et
consequenter arcenda a limine judicii Leyvæ actio,
quæ nequit impedimento esse, quin D. Dominicus de
Laur. non immittatur in possessionem. Concludit eandem
Paulus (2) magna comitante Iurisconsultorum caterva;
*quod si sub conditione res venierit, si quidem defecerit con-
ditio, nulla est emptio, sicuti nec stipulatio: Quod si exti-
terit Proculus & Octavenus emptoris esse periculum ajunt.
Idem Pomponius lib. IX. probat*: Et hæc pro præsenti
Academica exercitatione dixisse sint satis.

Licet circa articulum, quo de egimus, nonnulli extiterint
emunctæ naris Forenses, atque Interpretes (3), qui
pro sententia nostra judices pronunciarint; suorum
scita rationibus luculentissimis demonstrantes: nihilomi-
nus pro tuenda nostra sententia argumenta ex solo ju-
re communi, ac naturali justitia non sine studio de-
sumpsimus; non tantum quia plus habet ponderis id
quod

---

(1) *L. 54. de Reg. juris.*

(2) *In L. 8. D. de per., & com. rei vend.*

(3) *Inter hos ceteris palmam præripuit Bartolus in L. un. cod. de cad. toll., Antonius Faber dec. 16. err. 8. de error. Pragm., Idem defin. 5. lib. 5. cod. de Fideic., Baldus in lib. 1. cod. de Episc. & Cler., Rovitus decis. 26. n. 5., Peregrinus artic. 1. num. 21., & art. 5. num. 22., Salicetus ad L.* Extraneum *in fin. cod. de her. inst., aliique non tot, quin plures.*

quod ex veritate, quam quod ex opinione deſcendit (1); ſed & quia vetitum eſt iſtorum opiniones legum deciſionibus addi, e noviſsima optimi Ferdinandi lege, cui perpetuitatem cum bonis omnibus quotidie adprecamur. Nos interim (2).

Hoc opus, hoc ſtudium parvi properemus, & ampli
Si Patriæ volumus, ſi nobis vivere cari.

F I N I S.

---

(1) §. 9. *Inſt. de Legatis.*
(2) *Hor. lib. 1. Epiſt. ad Julium Florum v. 28.*

descendit (1);
legum deci-
andi lege, cui
e adprecamur.

, & ampli
cari.

. 28.

quod ex veritate, quam quod ex opinione descendit (1); sed & quia vetitum est istorum opiniones legum decisionibus addi, e novissima optimi Ferdinandi lege, cui perpetuitatem cum bonis omnibus quotidie adprecamur. Nos interim (2).

Hoc opus, hoc studium parvi properemus, & ampli
Si Patriæ volumus, si nobis vivere cari.

F I N I S.

(1) §. 9. *Inst. de Legatis*.
(2) *Hor. lib.* 1. *Epist. ad Julium Florum* v. 28.